

1461

P O L E M I C I.

1462

VIII. fol. 11. p. 2. *Responsio ad argucias Monachales.* Infit: *Quidam doct̃or utinam veritatis nititur impugnare &c.* Cod. CCCXL. inscribitur: *Responsio ad XLIV. Questiones.*

IX. fol. 24. *De quatuor interpretationibus.* Infit: *Quod clerus regni anglie secundum ordinationem &c.* ut alibi.

X. fol. eod. p. 2. *De Amore.* Infit: *Quidam fidelis in domino querit caritative &c.* Cod. CCCLXXXIV. in titulo addit: *sive de quintuplici questione.*

XI. fol. 25. *De fundacione secl̃arum.* Infit: *Motus sum per quosdam virtutis amicos &c.* ut alibi.

XII. fol. 37. *De perfectione statuum.* Ita in calce. Infit: *Cum vivantes et fratres specialiter contendunt &c.* ut Cod. CCCIV. ubi inscribitur: *De minoribus fratribus se extollentibus.*

XIII. fol. 43. *De Fide catholica.* Ita in calce. Infit: *Suppositis dictis de fide tam in symbolo &c.* Cod. mox cit. inscriptum de *Ecclesia.*

XIV. fol. 53. *de Symonia.* Infit: *Post generalem sermonem de heresi restat &c.* Praeunt Argumenta Capitum ut alibi.

XV. fol. 77. *de Eucharistia.* Prooemium infit: *Sententia tractatus de Eucharistia in compendio sic habetur &c.* ut Cod. CCCLXXXIV. Sequitur Dissertatio in illud: *Mulierem fortem &c.* ut Cod. CCCLXXXVIII. et tum demum Index in Tractatum de *Eucharistia.* Toto Codice *Wi-*
Denis Codd. Theol. V. I. P. II.

clesi nomen non comparet; ita vel cauti, vel ignorantēs erant Librarii bohemii.

Ad compingendum adhibita est Membrana, in qua *Barnim dux Stetynensis prepositus ecclesie sancti petri in Melnico Pragen. dioc.* procuratorem constituit in Curia Romana *Vlricum Rudigerum de Sultzpach Ratisbonens.* et *S. Petri in Melnico Ecclesiar. Canonicum* ad litem, quam habet cum nobilibus *Viris Wilhelmo de Hazmburg residente in libycbowicz, Sbyncone filio ipsius occupatore dicte prepositure Melnicen. Nicolao de Budyna, Stiborio de Genijssowicz et Marssone dicto Hospozin clientibus et Wenceslao dicto Silberz de Kladrubecz, et Wenceslao de Mlczcwoost iudicibus,* anno 1390. Indiēt. 13. die 21. Jun. Pontificatus Bonifacii IX. anno primo. *In castro contiguo ciuitati Grecen. Greczregine dicto. Testes nobiles et strenui milites Hanco de Czeczelicz, et Petrus Herink de Tanczenberg, et Nicolaus dictus Karras Can. Melnic. Notarius Crux natus quondam Benedicti de Miliczin clericus Pragen. dioc.*

CCCLXXXVII.

Codex chartaceus lat. Sec. 93^a
XV. Folior. 153. 4. probe scriptus sequentia continet *Job. Wiclefi* Opera: I. praecedente Capp. Conspectu Tractatum de *Simonia,* cujus initium: *Post generalem sermonem de heresi restat de eius partibus pertractandum &c.* Ut
R alibi

1463

C O D I C E S

1464

alibi saepius. Scripserat ad calcem ridiculo lapsu Librarius: *Explicit tractatus de Znoyma*; sed in se redux reposuit *Simoniam*.

II. fol. 37. a secunda manu: *De Benedicte Incarnatione Jo. Wiclef*. Initium Summarii: *Prelibato tractatu de anima qui introductorius est &c.* Et ipsius Operis: *Quia autem spiritualibus viantibus in discendo necesse est &c.* Ut alibi. Ad calcem: *Explicit tractatus de benedicte incarnatione Reuerendi Magistri Johannis Wicleph. Amen dicant omnia. Si finis bonus est tunc totum laudabile est.*

III. fol. 110. p. 2. a manu secunda: *Sermo, probet autem se ipsum homo.* Initium: *Quomodo christianus ad ministrandum disponi debet &c.* Retulimus *Cod.*

*Quod sibi quisque serit presentis tempore vite,
Hoc sibi messis erit, dum dicitur, Ite Venite.*

CCCLXXXVIII.

883 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 210. f. per duas columnas probe scriptus et rubricis distinctus sequentia continet *Job. Wiclefi Opera*: I. *Dialogum* jam relatam *Codd.* variis initio: *Cum locutio ad personam &c.* Ad calcem: *Finis Dialogi Magistri Johannis Anglici.*

II. fol. 72. p. 2. *Incipit dialogus eiusdem.* Ita: *Cum idemptitas sit mater fastidij &c.* ut alibi. Sed hic adjunctam habet *Appendicem*, quam indicavi *Cod. CCCLXXXIV.* et furibundam

CCCCVII. etiam in *Wiclefum* autorem inclinantes. Convalescit opinio ex eo, quod et hic, ut ibi, sequitur

IV. fol. 114. Epistola ejus Papae *Urbano* missa, quae incipit: *Gaudeo plane detegere antiquam fidem &c.* saepius jam indicata, et hic subscripta: *Johannes Romano Pontifici Urbano Sexto.*

V. fol. 121. absque titulo *Tractatus* ejus *de compositione hominis*, qui inquit: *Tria mouent me tractare materiam de compositione hominis ex suis partibus qualitatis &c.* Ut *Cod. DCCCII.* quem vide. Hic ad calcem: *Explicit tractatus de compositione Hominis Reuerendi Magistri Johannis Bickleff.*

quandam *Declamationem* in, nescio quem, *Mercenarium, Lupum, effusorem sanguinis principaliter in Bristollia*, quae inscripta est: *Epistola pulcra M. Jo. Anglici.* Ad calcem: *Anno mileno quadringen. decimo octauo per manus (nomen stupide erasum) finis est tria dyaque logi. Cui pro munere cristus det regnum celeste.* Sequitur *Index Alphabeticus* in utrumque *Tractatum.*

III. fol. 92. p. 2. *Sermones mixti* in varios *Epistolarum* et *Evangeliorum Dominicalium Textus*, qui videntur esse *Sermonum Pars I. de Tempore*, et indicati sunt